UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 67. Cardinalis Poli Sollicitudo circa restaurandam in Anglia Religionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

Sæc. XVI. A.C.1553.

chiepiſcopatus ob quasdam, easque politicas rationes nondum vacare cenſebatur, ſed duntaxat reditus ſequeſtro committebantur: Cranmerus vero in carcere detinebatur, donec magis opportunum adſpiraret tempus, quo ejus ſcelera mortis ſupplicio plecti poſſent. Ceterum in reliquos haud ulterius inquirebatur.

§. LXVII.

Cardinalis Poli ſollicitudo circa reſtaurandam in Anglia Religionem.

Pallav. Hiſt. Conc. Trid. l. 13. c. 7., num. 1.

His interea in Senatu geſtis, ac Menſe Novembri dimiſſis Senatoribus Cardinalis Polus in Margazzano, ſeu in Maguſæo Monaſterio, quod in Veronnenſi territorio prope Benacum, ſeu lacum Gardanum erat ſitum, ſacro otio vacabat, ibidemque de Maria ad Angliæ ſolium evecta nuntium accipiebat, cumque novam hanc Reginam Religioni Catholicæ addictiſſimam noſſet, quantocius ad Julium III. Papam familiarem ſuum, qui erat Vincentius Perpalia Nobilis Pedemontanus atque S. Salvatoris Abbas, ablegabat, datisque literis Papam hortabatur, ut hoc negotium Deo commendaret, ipſusque omnem ſuam pro felici ſucceſſu auctoritatem, operamque impenderet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN